In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Agnes, relicta Jaqueti de Ruppe de Morens, notum facio universis, quod ego per Dei graciam sana mente et corpore, do et lego cartusiensibus domus loci Ste de Lancea lausanensis diocesis, qui nunc sunt et qui pro tempore futuro fuerint, videlicet post obitum meum tantum et non ante, duos solidos lausanensium bonorum annuales pro remedio anime mee et animarum predecessorum meorum. Quos quidem duos solidos lausanenses annuales predictos jubeo solvi, post obitum meum tantum et non ante, per Johannem de Ruppe dicti loci de Morens annatum antenatum (l'aîné) — et Johannem ejus filium et suos heredes, predictis cartusiensibus presentibus et futuris quolibet anno in die dicti obitus mei. Et ipsos duos solidos lausanenses annuales predictos sictuo et assigno ego dicta Agnes percipiendos, levandos, recuperandos et habendos per ipsos cartusienses presentes et futuros a dicto Johanne de Ruppe antenato annato et Johanne ejus filio et suis heredibus quolibet anno post dictum obitum meum tantum et non ante in die dicti obitus mei: videlicet super unum morsellum prati continentem circa unam secatoratam prati situm in finagio de Morens in loco dicto en la Trousbaz (Cionsaz-Cionsaz-Trouïsaz?) juxta pratum Jaqueti et Humberti Bone Vite vite? de Morens fratrum a parte borea et clausum Jaqueti de Ammont a parte venti et affrontat per viam publicam a parte Oubieze et carreriam publicam a parte Pram JORAM – Jorain, cum fondo, juribus et pertinenciis suis universis. Item volo et ordino quod dicti duo solidi lausanenses annuales predicti redimi possint perpetue per dictos Johannem de Ruppe antenato. annato et Johannem ejus

filium vel meos heredes a dictis cartusiensibus presentibus vel futuris pro qu
draginta (videlicet quadraginta) solidis lausanensibus bone monete alibi t
ponendis in acquisitione census perpetui pro remedio anime mee et animaru
quorum supra. Et est sciendum quod hoc presens legatum continetur in meo testa
facto die et anno subscriptis, in quo quidem testamento meo predicto dict
morsellum prati meum superius limitatum dedi et legavi dictis Johanni
Ruppe armato et Johanni ejus filio cum honore et oneribus super dictum
pratum in dicto meo testamento contentis et declaratis. Quod quidem le
predictum volo valere hiis modo, jure et forma quibus melius valere p
vel debebit de jure vel de consuetudine. In cujus rei testimonium ego
Agnes legatrix sigillum curie lausanensis rogavi et apponi feci meis
precibus huic scripto. Et nos officialis predicte curie lausanensis ad pre
et requisitiones predicte Agnetis legatricis nobis oblatas fideliter et
per Johannodum Rossel Marriaci clericum dicte curie lausanensis
juratum, cui super hiis vices nostras commisimus et eidem fidem
plenariam adhibemus, sigillum dicte curie Lausanensis presentibu
litteris duximus apponendum. Datum die tercia mensis octobris
Anno Domini millesimo quatercentesimo vicesimo septimo. inv:

Jo: Rosselli

D. Johannes de Gingeyo Prior

23 Aprilis 1428.

Mermet et Jaques Girardot de Gorgie reconnaissent tenir de la chartreuse de la Lance un pré situé in Jureis au lieu dit Comba Foranna, pour 5 sols de cens annuel payable à la Toussaint. —

---

(Parchemin de 26 1/2 cent. sur 15. — 20 lignes écrites — n'a plus de sceau — bien conservé.) —

Nos Mermetus et Jaquetus dicti Girardot alias Chillondat de Gorgie notum facimus universis presentibus et futuris quod nos tenemus et habemus ad censum pro nobis et nostris heredibus etc... perpetuo et irrevocabiliter etc.... a viro religioso dompno Johanne de Gingeyo priore domus et conventus Sti loci de Lancea ordis cartus.. in dominio Grandissoni...etc..... unum pratum situm in jureis in loco dicto comba Foranna juxta pratum heredum Ludriodi Poncie ex una parte, et juxta pratum heredum Girardi Assenti de Provencia ex altera parte cum fondo etc..... videlicet pro quinque solidis monete bonorum lausanensium censualibus, quos quinque solidos .... promittimus. ....solvere.... predicto Priori ..... annis singulis perpetuo in quolibet festo omnium sanctorum apud Domum Lancee.....

In cujus rei testimonium nos Mermetus et Jaquetus dicti Girardo alias Chillondat fratres sigillum commune castellanie Grandissoni rogavimus et nostris precibus apponi fecimus huic scripto. Datum die vicesima tercia mensis Apprilis anno domini millesimo quatercentesimo vicesimo ottavo. —

Joh. de Eschaltes pbr.

## D. Johan. de Quingeyo Prior

Lance
Arch. Vaud.
n° 18.
(Maie 144)

4 Juin 1434.

Echange de terrain entre le Prieur de la Lance, Jean de Quingeyo et le curé de Concise Jacques Salterii. —

(Parchemin original de 46 cent. sur 37. — 43 lignes écrites — l'encre a bien pâli — certains mots sont presque effacés — Le sceau de l'official de Lausanne bien conservé pend en bas — pend également une bande de parchemin qui devait avoir un autre sceau.)

Nos frater Johannes de Quingeyo Prior carthusie Ste loci Lancee Lausanensis diocesis et dompnus Jacobus Salterii presbiter de Lausanna curatus de Concisa dicte diocesis, Notum facimus universis presentibus et futuris, quod nos scientes, prudentes et spontanei, de juribus dicte carthusie et periochialis ecclesie de Concisa certifficati ad plenum, pacta permutacionem et convencionem infrascriptas fecimus et facimus per presentes. — Ego dictus Prior cum dicto curato de laude, voluntate et consensu religiosorum virorum dompnorum Johannis de Ruppe forti, Johannis de Usiez, Thome Curtetti, Petri Gaii, Henrieti Janninet et Othonis de Yverduno carthusiensium dicte carthusie; et ego dictus dompnus Jacobus curatus cum dicto religioso fratre Johanne de Quingeyo priore dicte carthusie, de laude, voluntate et consensu dompni Johannis dicti de Eschallens presbiteri filii Rolini deschallens de Corcelles, Perrodi Colon, Perrodi Tarin, Jaqueti Rossel, Girardi Cuny, Aimerii Borquandiez, et Reynaldi dicti Marquan periochianorum de Concisa in modum et formam subsequentes. Primo videlicet Ego dictus frater Johannes prior permutavi et permuto et nomine permutacionis et excambii tradidi et trado, concessi et concedo et me permutavisse et nomine permutacionis et excambii tradidisse et concessisse confiteor per presentes imperpetuum et irrevocabiliter, prout melius potest exprimi, pro me et successoribus meis, dicto dompno Jacobo Curato presenti, recipienti et solemniter stipulanti pro se et suis successoribus curatis et rectoribus dicte ecclesie et ad comodum (ou comoda) ecclesie periochialis de Concisa unum morcellum orti situm supra ecclesiam periochialem de Concisa ultra fossale juxta viam publicam a parte venti, pratum Perrodi Loup et Girardi Cunya

parte borae, ochiam Perrodi Larin a parte jurani et fossalerium rium! ~~apon~~ Doug por
a parte lacus, cum fondo terre, juribus, fructibus, exitibus, Jnthan, appenda
et pertinenciis suis universis, pro modico prati de prato ecclesie predicte de conc
continente, in parte inferiori prati dicte ecclesie de concisa, spacium trigint
unius pedum hominum latitudinis prout protenditur per methas ibidem posit
et pro eo quod dictus prior et conventus dicte carthusie possint et valeant
perpetue per pratum dicte ecclesie de concisa perpetue manutenere curs
aque molendini dicte carthusie, et canalia que conducunt dictam aqu
dictorum religiosorum et conventus ad dictum molendinum per locum in qu
dicta aqua consuevit currere supra rotam dicti molendini sine aliqua
turbatione in futurum per curatum de concisa, qui nunc est et qui pro temp
fuerit, fienda. — Et ego dictus dompnus Jacobus Salterii presbiter c
de Concisa, permutavi et permuto, et nomine permutacionis et excambii tradi
et trado, concessi et concedo, et me permutavisse et nomine permutacioni
et excambii tradidisse et concessisse confiteor per presentes, imperpe
et irrevocabiliter, prout melius potest exprimi, pro me et successoribus no
dicto religioso fratri Johanni de Quingeyo priori, presenti, recipienti
sollempniter stipulanti pro se et suis successoribus et aliis religiosis dicti conv
qui pro tempore fuerint, et ad comodum Da? conventus dicte carthusie mod
prati predictum de prato dicte ecclesie de concisa continens entem! in parte
inferiori prati dicte ecclesie de concisa spacium triginta unius pedum
hominum latitudinis, prout protenditur per methas ibidem positas, et quod
prior et conventus dicte carthusie possint et valeant perpetue per prat
dicte ecclesie de concisa perpetue manutenere cursum aque molendin
dicte carthusie et canalia que conducunt dictam aquam dictorum religiosorum
et conventus ad dictum molendinum per locum in quo dicta aqua consuevit cur
supra rotam dicti molendini sine aliqua turbatione in futuro per curatum de concis qui n
est et qui pro tempore fuerit, fienda. Et hoc videlicet pro dicto morcello o chia
supra ecclesiam parrochialem de Concisa ultra fossale ut supra limitato, mill

ut supra per dictum religiosum, tradito et concesso. Devestientes nos et nostros quos supra, nos Prior et curatus predicti pro nobis et nostris quibus supra, quilibet nostrum prout sibi melius competit et ipsum tangit presens negocium, de rebus per nos, ut supra, permutatis, alter nostrum alteri, prout cuilibet nostrum competit et ipsum tangit presens negocium, pro nobis et nostris quibus supra, ego dictus prior sub voto mee religionis, et ego dictus curatus juramento meo manu mea ad pectus meum tacta; et ego dictus prior sub expressa obligacione omnium bonorum dicte carthusie, et ego dictus curatus sub expressa obligacione omnium bonorum dicte parrochialis ecclesie, dictas permutationes ut supra factas, alter nostrum alteri ad quem competit, perpetuo manutenere, deffendere et guarentire contra omnes in omni judicio et extra, et in omni parte litis, molestationis nostris et nostrorum quorum supra, propriis sumptibus, laboribus, missionibus et expensis. Et nichillominus alter nostrum alteri reddere et restituere integre omnia dampna, gravamina, costamenta, deperdita, labores, missiones et expensas quos et quas alter nostrum alteri diceret suo tantum simplici verbo sine juramento et alia probatione dampnorum declaratione vel monstrantia se fecisse et sustinuisse quoquomodo occasione dicte guarencie, ut profertur, non late et omnium contentorum in presenti littera complendorum non completorum; hoc acto in premissis quod omnes alie littere inter nos laudate manu quondam Domini Johannis de Eschallens presbiteri recepte sunt et esse debent perpetue de cetero nullius valoris, roboris et mome
Promittentes eciam nos prior et curatus predicti alter nostrum alteri juramento et voto quibus supra procurare pro posse presentes litteras laudari facere ego dictus prior per capitulum generale carthusiensium, et ego dictus curatus per Reverendum in Xto patrem dominum Episcopum Lausanensem prelatum meum. Et nos religiosi Johannes de Ruppe forti, Johannes de Uliez, Thomas Curtete, Petrus Gay, Henricus Tanninat et Otho de Yverduno carthusienses dicti conventus; Dompnus Johannes dictus de Eschallens de Corcelles presbiter, filius Rolini de Eschallens, Perrodus Collon, Perrodus Laris caris?, Jaquetus Rossel, Gerardus Curny curry?, Aymerius Borquardiez et Reynaldus

Marguan

Marquam periochiani de Concisa scientes, prudentes et spontanei omnia supradicta
superius sunt expressa confitemur fore vera et ipsa omnia et singula perpetue lau
ratifficamus et approbamus per presentes. Renunciantes in hoc facto nos omn
supranominati Prior, curatus, religiosi et periochiani predicti ex certa scien
nostra omni accioni et excepcioni doli, mali, vis, ~~et~~ metus et in ftm (futurum) (faturi?) o
convencioni, decepcioni et lesioni, quilibet nostrum prout sibi melius compe
et ipsum tangit presens negocium, rei aliter scripte quam acte et acte quam
omni imploracioni officii judicis, omni juri canonico et civili scripto et no
scripto, omni consuetudini, usui, privilegio et statuto patrie sive loci, qui
presens littera posset annullari, corrumpi vel infringi; et demum juri di
generalem renunciacionem non valere nisi precesserit specialis. Et prom
nos prior et curatus et religiosi predicti, nos dicti religiosi sub voto nostre
religionis, ego dictus curatus juramento meo quo supra, et nos dicti par
-chiani juramentis nostris super sancta dei evvangelia corporaliter pre
omnia predicta prout superius sunt expressa perpetue rata, grata habere, te
pariter et firma, quilibet nostrum prout sibi melius competit et ipsum tan
presens negotium et contra eadem non facere, dicere, obicere vel veni
quomodolibet in futurum. In cujus rei testimonium nos prior et curatus
permutatores, religiosi dicti conventus et periochiani laudatores predi
sigillum curie officialatus Lausanensis rogavimus et nostris precibu
apponi fecimus huic scripto. Et nos officialis curie Lausanensis ad pre
et requisicionem supranominatorum prioris, curati, religiosorum et periochi
-norum nobis oblatas fideliter et relatas per Roletum Bachie de Espa
notarium curie nostre juratum, cui super his vices nostras commisim
et cui eandem fidem plenariam adhibemus, sigillum dicte curie nostre
officialatus Lausanensis presentibus litteris duximus apponendum.
Datum quarta die mensis junii Anno Domini millesimo quatercentesimo
trigesimo quarto. — N ista littera est levata ~~et~~ facta farce pro religiosis
conventus predictis dicte carthusie. N Jdem N Rota. Bach.

Lance
ch. Vaud.
19.
(face 354)

## D. Johannes de Quingeyo Prior. —

29 Septembre 1434.

Jaquet Allamant de Chevroux heritier d'Agnes Allamant reconnait qu'il veut payer aux chartreux de la Lance un legs de 2 sols et 4 deniers que leur à fait la dite Agnes.

---

(Parchemin original de 37 1/2 cent. sur 36 1/2 — 40 lignes écrites — bien conservé — n'a plus de sceau. —)

Ego Jaquetus filius quondam Oliverii Allamant de Chêvro, notum facio universis et singulis presentibus et futuris et publice confiteor pro me et meis heredibus per presentes quod Agnes uxor Jaqueti Gonf Staviaci, filia quondam Mermeti Allamant de Chevro in ultima sua voluntate ordinavit et dedit pro remedio animæ sue et animarum predecessorum suorum conventui Sti loci de Lancea ordinis cartusiensis Lausannensis diocesis, duos solidos et quatuor denarios lausannenses annuales, in quibus Roletus filius Perrodi Vitivilliat (ou Bittbilliat) de Grancie nunc morans apud dompnum Petrum de Buillez sub spe rehempcionis eidem Agneti tenebatur. Hinc est quod ego dictus Jaquetus Allamand heres universalis dicte Agnetis sciens et spontaneus, volens intencionem ipsius Agnetis adimplere; iccirco mando et precipio tenore presencium pro me et meis heredibus et me mandavisse et precepisse confiteor per presentes, dicto Roleto Vitivilliat et suis heredibus ut ipse et sui heredes ex nunc in antea quolibet anno in festo Pasche solvant religioso fratri Johanni de Quingeyo priori dicti conventus et successoribus suis in dicto conventu, nomine dictorum carthusiensium, dictos duos solidos et quatuor denarios lausannenses annuales, ex causa dicti legati, pro remedio animarum quorum supra. Et ego idem Roletus Vitivilliat racione predictorum de mandato quo supra, de eoque debere confiteor pro me et meis heredibus per presentes, dicto Dno Priori et suis quibus supra nomine predicto, duos solidos et quatuor denarios lausannenses annuales predictos. Et ipsos solvere promicto juramento meo ad sancta Dei evangelia corporaliter prestito et sub expressa obligatione omnium et singulorum bonorum meorum mobilium et immobilium presencium et futurorum quorumcunque pro me et meis heredibus dicto Dno Priori et suis quibus supra, nomine quo supra quolibet anno Staviaci in dicto festo. Et ipsos duos solidos et quatuor denarios census annuos annuales ego dictus Roletus dictavi et dicto pro me et meis heredibus dicto Dno Priori et suis quibus supra, percipiendos, recuperandos et habendos per ipsum Dnum Priorem et suos quos supra, a me et meis heredibus quolibet anno in dicto festo, super medietatem indivisam unius casalis siti apud Dompnum Petrum predictum ante domum meam juxta carr.. publicam a borea et les contois a vento, et affrontat carr.. publice ab orie cum laudis, juribus etc.... Devestiens etc.... Et promicto etc....

Pro quibus predictis omnibus et singulis firmius complendis ego dictus Rolet Vitevilliat dedi et do, constitui et constituo pro me et meis heredibus, dicto Dno Priori et suis quibus supra, bonum et ydoneum fidejussorem et de premissis omnibus insolidum redditorem, videlicet dictum Perrodum Vitevilliat dilectum patrem meum. Ego vero dictus Perrodus Vitevilliat ad preces et requisitionem dicti Roleti debitoris in manibus dicti Dni prioris et suorum quibus supra, me et meos heredes in dicta fidejussione constituo et obligo in solidum ut superius expressatur sic. Et promitto etc. supradicta solvere et complere, videlicet in casu quo dictus Roletus debitor in predictis defecerit quod absit. Sub condicione in predictis addita quod ego dictus Rolet possum et mei heredes possunt perpetue predicta redimere a dicto priore pro quadraginta octo solidis bone monete cursibilis in patria Waudi videlicet quolibet anno perpetue in omni et qualibet parte anni michi dicto Roleto et meis heredibus melius placuerit. Renuncians etc.

In cujus rei testimonium nos officialis curie Lausannensis ad preces nobis oblatas et fideliter relatas per Anthonium Anthonii Staviaci notarium dicte curie Laus. juratum cui .... sigillum predicte curie Laus. presentibus litteris duximus apponendum. Datum die penultima mensis septembris Anno Domini millesimo quatercentesimo trigesimo quarto.

Ganth. anthoynez

## D. Johannes de Quingeyo Prior.

Lance.
Arch. vaud.
n° 20.
(n° effacé 355.)

25 Decembris 1437. —

Rolin Rolliet alias Dou fort, de Font, vend au Prieur de la Lance D. Jean de Quingeyo, un cens annuel de 22 deniers perçu sur différentes possessions situées à Forel.

(Parchemin de 48 cent. sur 38 — a 5 déchirures dans le haut qui ont fait disparaître quelques mots — 40 lignes écrites — bien conservé — n'a plus de sceau. —)

Ego Rolinus Roliet alias dou fort, de Font, Notum facio universis presentibus et futuris quod ego sciens et spontaneus, in nullo deceptus nec cohactus, considerataque omnimoda ... ...utilitate mea et heredum meorum in hoc plenius evidente, vendidi et vendo, tradidi et trado, concessi et concedo perpetue et irrevocabiliter pro me et meis heredibus, et me vendidisse, tradidisse et concessisse publice confiteor presentes, venerabili ac religioso fratri Johanni de Quingeyo priori conventus loci Ste de Lancea presenti, ementi, recipienti ac sollempniter stipulanti pro se et successoribus suis in dicto conventu ac vice, nomine et ad opus ejusdem conventus viginti duos denarios lausanensium bonorum censuales cum omni jure et dominio ejusdem census secundum bonos usus et consuetudines de Staviaco. Quos quidem viginti duos denarios lausanensium bonorum censuales predictos michi dicto Rolino venditori debet et quolibet anno in festo Sti Andree apostoli secundum dictas consuetudines Johannes Borquier de Forel pro uno morsello prati sito in finagio de Forel in loco dicto in prato de soub lez villaz juxta pratum Reynaldi Allamant a parte venti, et pratum Anthonii et Vuillelmi Nycollier ac Johannis Villan a parte boree, et affrontat prato Johannis Musar a parte orientis et terre dictorum Johannis Musar et Anthonii Nycollier a parte occidentis. Item pro uno parvo morsello prati sito in dicto finagio in loco dicto en le sic in chta fore temps juxta pratum Johannis et Nicoleti Floret a parte orientis et pratum Johannis Vouchy a parte occidentis et affrontat prato dictorum Johannis et Nicoleti Floret a parte orientis et casali dicti Johannis Borquier a parte boree. Item et pro uno alio morsello prati sito in dicto finagio ibidem prope

juxta pratum predictorum Johannis et Nicoleti Florat a parte joran, et pra
Johannis Musan a parte anbep et Affrontat prato dictorum Johannis et Ni
Florat a parte boree et prato dictorum Anthonii Vuillelmi Nycollier ac Jo
Villar a parte venti. Cum quibus fundis, juribus, exitibus fructibus, Inhant
pertinenciis et appendenciis suis universis. Item omnia jura et omnes actio
et quas ego dictus Robinus venditor habeo et habere possum et debeo quoq
racione dictarum rerum in rebus et possessionibus superius limitatis ac in fon
juribus et pertinenciis suis universis. Et hoc videlicet pro quadraginta
lausannensibus bone monete cursibilis in patria Waudi, michi dicto
venditori per dictum dominum priorem emptorem solutis traditis et delib
in bona pecunia numerata etc.... Devestiens me etc... et les longues f
lités habituelles – outre un censier de payer [illegible] aux chartreux – Le
censier Jean Bonjour reconnait tenir les dits prés au nom des religieux

In cujus rei testimonium nos officialis curie Lausannensis ad pr
et requisitionem dictorum Robini venditoris et Johannis censerii superius
-natorum nobis oblatas fideliter et relatas per Johannodum Rossel
clericum dicte curie lausannensis juratum, cui super hiis vices nostras
-imus et eidem fidem plenariam adhibemus, sigillum dicte curie Lausa
presentibus litteris duximus apponendum. Datum die vicesima quin
mensis decembris, Anno Domini millesimo quatercentesimo tregesi
septimo : ~ : ~ : ~

Jo: Rossélli

lance
et pratell. vaud.
et Nicolle 21
ac Toh. ellaie 356).
hamp
actione
quoque
in fondi
gista
icto Ro
delib
ngeas fo
x — Ld
itus et
ed pre
perius
l Sta
tras co
Lausan
a quin
eges in

7

D. Joannes de Quingeyo Prior

15 et 22 Aprilis 1439.—

Jean Grisel bourgeois d'Estavayer, vend en franc alleu aux chartreux de la Lance divers cens

(Parchemin original de 52 cent. sur 50 — 56 lignes écrites — un peu souillé — certains mots sont presque effacés — n'a plus de sceau.) :—

Ego Petrus filius quondam Jaqueti Grisetti burgensis Staviaci, de laude et expressa voluntate discreti viri Dni Henrici Grisetti curati de Colomberio juxta lacum, filii dicti quondam Jaqueti Grisetti fratrisque mei dicti Petri, Notum seriem presentium facio, fierique volo universis et singulis presentes litteras inspecturis et tenorem earundem audituris, quod ego sciens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu ductus nec aliquo fraudis ingenio circumventus, considerata utilitate mea et heredum meorum, in hoc plenius avidente; vendidi et vendo, tradidi et trado concessique et concedo perpetue et irrevocabiliter pro me et meis heredibus de puro, franco et libero allodio, et nomine pure perfecteque et irrevocabilis vendicionis vendidisse, tradidisse et concessisse per purum, francum et liberum allodium publice et legitime tanquam in judicio coram meo judice ordinario confiteor per presentes, venerabili et religioso viro fratri Johanni de Quingeyo priori conventus domus Sti Loci de Lancea Lausanensis dyocesis, presenti, recipienti et solemniter stipulanti pro se et successoribus in ipso conventu ac vice, nomine et ad opus ejusdem conventus; census et redditus meos infrascriptos cum omni jure etc... quos census et redditus michi debent quolibet anno persone infrascripte etc.... Item omnia et singula jura etc... Et primo quatuor solidos lausanenses censuales quos debet quolibet anno in festo beati Martini yemis, Henricus filius quondam Nicoleti Moret de Vernay pro una posa et dimidia terre sitis in territorio de Vernay ante domum Johannis Morel avunculi ipsius Henrici juxta terram dicti Johannis Moret et Reynaldi Moret ab oriente, et carreriam publicam ab occidente et affrontat furno et prato publico a borea et terre Johannis et Petri Lissot de Grancei a vento. Item pro una pecia terre sita in dicto territorio in loco dicto in via dou chagnoz in qua seminatur circa duas cupas, sita juxta terram Henrici Gaby ab oriente et terram Jaqueti filii Nicodi Gouz de Grancei ab occidente et affrontat terre dicti Henrici Gaby a vento et carreria publice de la by dou Chagnoz a borea. Item quatuordecim solidos lausanenses censuales quos debet quolibet anno in festo beati Michaelis archangeli dominus Henricus Moret pro se et tanquam comporcionarius annatus Johannis filii quondam Johannis Moret de Vernay pro medietate indivisa duarum seitoratarum prati sitarum in finegio de Vernay in loco dicto ou Brunyt de Vernay perciencium cum Jaqueto Boncin de Grancei sitarum juxta carr... publicam a borea et pratum dicti Henrici Moret et comporcionarii sui a vento et affrontat terre Johannis dou Damp ab oriente et pascue publico dou Bugnyon ab occidente. Item pro uno casali sito versus lo Bugnyon de Vernay juxta casale Reynaldi Moret ab oriente et terram dicti Johannis Moret ab occidente et affrontat ~~terre~~ Perrodi Vittoilliat a borea et terre Henrici Gaby a vento quod tenet dictus Johannes Moret comporcionarius dicti Henrici. Item pro una posa terre sita in dicto territorio in loco dicto ou Dabin juxta les contors terrarum Jaqueti Bonen et Picardi Cintallioz a borea et terram dicti Henrici Moret mor cutis a me Petro Griseti auditore predicto a vento et affrontat terre Petri Cagnyolet ab oriente et terre Nycoleti Boisar de Ruena ab occidente, quam tenet dictus Henricus Moret. Item pro una posa terre sita in eodem territorio ou Goctaul juxta terram Henrici Gaby a borea et terram Johannis Villan quam tenere solebat Johannes Allamant a vento et affrontat terre dicti Henrici Moret ab oriente et terre Joannis Marmyle de Cheuro et plurium aliorum ab occidente, quam tenet dictus Johannes Moret comportionarius. Item pro uno morsello terre in quo communiter seminatur duas cupas, sito in eodem territorio in loco dicto ou Sonton juxta terram Johannis Villan Bingnyon de Forel a vento et terram dicti Henrici Moret a borea et affrontat carr. publ ab oriente et eis contors plurium terrarum ab occidente, quam tenet idem Johannes Moret. Item duodecim denarios lausanenses censuales quos debet quolibet anno in dicto festo beati Martini yem.. dominus Henricus Moret pro se et tanquam comporcionarius dicti dicti Johannis pro una posa terre sita in dicto territorio ou Mareschat juxta les contors terrarum de Bellemont ab occidente et terram dicti Johannis Moret ab oriente et affrontat pascue publice de Mareschat a borea et terre dicti Joannis Moret a vento. Item duodecim denarios lausanenses censuales quos debet quolibet anno in festo dicti beati Michaelis archangeli ~~dictus~~ Dominus Henricus Moret pro se et tanquam comporcionarius ut supra, pro duobus morsellis terre contiguis sitis in eodem territorio in loco dicto ou Debin juxta terram dicti Henrici Moret movent. a me dicto Petro Grisseti a borea et terram dicti Raynaldi Moret a vento et affrontat terre dicti Henrici Moret ab oriente et terre ejusdem Henrici moventi a me dicto Petro Grisseti ab occidente. Item octo denarios lausanenses censuales quos debet quolibet anno in dicto festo beati Martini yemalis dictus Henricus Moret comporcionarius ut supra pro una domo et casali ipsius domus sito apud Vernay juxta terram dictam de la Leschiery quam tenet dictus Johannes Moret a vento et casale dicti Henrici Moret dictum dou Songy supra quod edificaverunt, quod tenet a me dicto Petro Grisseti a borea et affrontat carrerie publice ab oriente et rivum de Vernay ab occidente. Item pro uno casali dicto dou Songy sito ibidem supra quod quedam pars domus dicti Henrici Moret sita est juxta dictam domum a vento et casale dicti Henrici Moret a borea et affrontat dicto rivo ab occidente et pascue seu carrerie publice ab oriente. Et hoc videlicet pro triginta una libris bone monete cursibilis in patria Waudi, michi dicto Petro Grisseti venditori per prenominatum dominum priorem emptorem solutis, traditis et deliberatis in bona pecunia et...... Devestiens me ego Petrus venditor etc... Promittens ego prefatus Petrus venditor etc....

Ego vero dictus Henricus Moret censarius de voluntate dicti Johannis Moret comporcionarii mei ac de mandato dicti venditoris confiteor tenere...
.... et solvere.... dicto priori....

In cujus rei testimonium nos venditor, confitentes et laudator predicti sigillum curie officialatus Lausanensis rogavimus et apponi fecimus nostris precibus huic scripto. Et nos officialis predicte curie Lausanensis ad preces

....' prenominatorum interest nobis oblatas .... per dominum Johannem Antho
de Stavaiaco capellanum dicte curie lausanensis juratum cui etc. ... sigillum dicte
curie laus. presentibus duximus apponendum. Datum quoad dictos venditores
dominum Henricum predicti laudatorem et dominum Henricum consiliarium die quindecima mensis
Aprilis, et quod dictum Johannem Morel die vicesima secunda predicti mensis, Anno
Domini millesimo quatercentesimo tricesimo nono.

Jo.es anthonie

Lance
Arch. Vaud.
n° 22.
(n° effacé 359.)

D. Joannes de Guingey, prior

16 sept. 1440 et 15 aug. 1452.

Le 16 sept. 1440 le Prieur de la Lance baille à ferme par moitié une vigne située aux Argilles, à Guillaume Perrudin de Colombier, bourgeois de Neuchâtel. — La reconnaissance de cet acte est faite le 15 août 1452. —

---

(Parchemin original de 37 cm. sur 16 1/2 – a une déchirure en haut à gauche d'ailleurs bien conservé – 19 lignes écrites – n'a plus le sceau appendu sur queue de parchemin.)

Je frere Jehan de Guingey, Prieur douz priorez dou saint lieu de la Lance, ffait savoir a tous ceulx qui verront et oiront ces presentes lectres, que je pour et en nom de tout le covent doudit lieu de la Lance, ait mis et mecte, laisiez et laise, Et moy pour moy et mes successeurs oudit covent avoir mis et laisiez loaulment confesse par ces présentes, Guillaume Perrudin de Columbier, bourgeois de Nuefchastel, pour luy et pour ses hoirs à franche meterasse une vignie sesant ou lieudit eis Argillies jouste Pierre Douz Ruz devers bise, Perronat Bachelin devers oberre, la vignie que fut Jehan Perrudin devers vent et le sentier devers joran; contigniant environ six home de vignie par aussy aussis que ung chascung de nous doit prendre ung chascung en la moitié de la vendange ciessant en ladicte vignie; Et paier ung chascung la moitiez dou disme, Devestissant moy et les miens ou non que dessus de ladicte vignie par moy comme dessus laisie, et ensi ledit Guillaume et les siens investissant corporelment par ces présentes. Et promecte je ledi frere Jehan pour moy et les miens que dessus ou non que dessus, par mon serament la main mise ouz piz, Et sub lobligacion de ladite censiere ycelle vignie oudit Guillaume et cis siens que dessus maintenir, guerentir et deffendre contre tous en tous jugement et deffence eis propres costes, missions et despens de moy et des miens; Et contre ceste présente lectre non faire, dire ne venir par moy ne par aultres aulcunement ouz temps advenir ne consentir aucunques? aucunlo vuillant venir au contraire taisiblement ne en apert. En renonçant en

certint

contint fait à toutes excepcions, allegacions, deffensions de droit dus. de fait
et de custume, par lesquelles ces présentes pourroient estre revoquées, la
au droit disant que générale renunciacion ne vault se ly especiaul ne preced
En tesmoigniage de laquel chouse Nous Jehan conte de Friburg et de Neuchaste
à laz pryere et requeste dudit frère Jehan à nous fiablement recehues p
feu Henri Uldri clert nõre (notaire?) notre juriez, et a nous fiablement leve
et grassées (g̊ffies, sic) per Jehan Marquis de Neuchastel nõne (notaire?) n
notre jurez, auquel Jehan les prothocolles dudit Henri après son
decept nous havons commis notre seel eis contras de Neuchastel à
présentes havons commandez mettre Sur notre droit. Que furent
faictes et recehues per ledit Henri Uldri le sezième jour dou mois
de septembre lan notre Seigneur corant mille quatrecent et quarant
Et quant alaz grossacion faicte par ledit Jean Marquis le quinzième
jour dou mois dost lan notre Seigneur corant mille quatrecent
cinquante deux

Jos Marquis

D. Joannes de Quingeyo Prior

Lance.
Arch. Vaud
nº 23. —
(effacé 373.)

9 Janvier 1443 —

Nicod Thomas, bourgeois de Payerne, promet de payer à la mi carême prochain, 100 sols d'arrérages qu'il doit à D. Jean de Quingey Prieur de la Lance. —

---

(Parchemin original de 37 cent. sur 17 — 16 lignes 1/4 écrites — percé de trous d'aiguilles — a une déchirure intérieure en forme de poire — les dernières lettres à droite ont été rognées — on lit sur le dos : « Ce document servait, avec le nº 372, de couverture à un petit cahier de cens et rentes dus à la Chartreuse de la Lance (en 1525) . J.J.H. 29 nov. 1860. »)

---

Ego Nicodus filius quondam Jaqueti Thome Paterniaci burgensis, notum facio universis presentibus et futuris, quod ego debeo et me debere legitime publi(caque?) confiteor per presentes fratri Johanni de Quingeyo priori d. Sti loci de Lancea presenti decem solidos monete bonorum lausannensium; et hoc videlicet .... retentis duorum annorum quolibet anno quinque solidorum per me dictum Nicodum debitis dicte domus (sic) Sti Loci de Lancea. Quod quidem debitum predictum, ego dictus Nicodus debitor solvere teneor et promitto juramento meo et ...... dicto fratri vel successoribus suis .... infra proximam mediam quadragesimam, omni exceptione .... —

In cujus rei testimonium nos decanus curie decanatus Advench... ad preces et requisitionem dicti Nicodi Thome debitoris, nobis oblatas, fideliter et relatas per Jaquetum Advoyer clericum residentem Paterniaci curie.... ...cui etc. .... sigillum dicte curie nostri predicti decanatus Advenchye presentibus litteris duximus apponendum. Datum nona die mensis januarii Anno Domini millesimo quatercentesimo quadragesimo tertio. —

Ja. advoyer

Lance.

Arch. vaud.

n° 24.

([illegible] 162)

D. Joannes de Quingayo Prior. 25 sept. 1443.

Johannod dit Brocardier, d'Onnens, donne au prieur de la Lance Jean de Quingey une rente annuelle de 3 sols pour son anniversaire. —

(Parchemin original de 35 cent. sur 22½ — a été fendu, on a mis du papier sur le dos — une échancrure en bas — a 46 lignes écrites — n'a plus de sceau. —)

Nos Johannodus dictus Bocardier de Unnens, notum facio universis presentibus et futuris quod cum stephanus F ~~Secularis (Secularis [illegible])~~ dictus G^g enoliez (ou Génolier) alias Bonjours de Bonovillario et Nycolea ejus uxor [illegible] uxorum d claude alterius vendiderint perpetue pro se et suis heredibus ac successoribus quibuscunque michi dicto Johannodo Bocardier pro me et meis heredibus ac successoribus quibuscumque tres solidos bonorum lausannensium seu monete cursibilis in patria Waudi censuales. Et hoc pro sexaginta solidis lausanensium bonorum seu monete cursibilis in patria Waudi, quos dicti conjuges venditores habuisse et recepisse confessi sunt.... Quem censum predictum dicti conjuges .... promiserunt .... michi Johannodo solvere et reddere .... quolibet anno perpetue in festo Sti Michaelis archangeli.... assignaveruntque dicti conjuges pro se et suis quibus supra dictum censum perpetue habendum.... supra omnia bona sua mobilia et immobilia.... quecumque sint et ubicumque reperiri poterunt.... et voluerunt dicti conjuges.... quod tantum valeat dicta generalis assignacio bonorum suorum pro me.... quantum.... valeret si de eisdem bonis suis fieret pura et specialis limitatio.... Hinc est quod ego prefatus Johannodus Bocardier sciens, prudens et spontaneus, de juribus meis ad plenum certifficatus. Volens igitur dum per Dei gratiam dei sanus in mente et ratio regit mentem meam, anime mee saluti remedio providere possemeo, considerans que et attendens quod qui parce seminat parce ~~et~~ metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet benedictiones, Igitur ego dictus Johannodus Bocardier dedi do, donavi et dono perpetue et irrevocabiliter. etc .... discreto viro Dompno Johanni de

da quing ego priori prioratus et conventus S^ti^ loci de Lancea presenti, stipulant
et recipienti pro se et suis successoribus ..... dictos tres solidos bonorum
lausanensium ..... et hoc videlicet pro uno anniversario pro remedio et salu
anime mee, parentum et predecessorum meorum quolibet anno per dict
priorem seu per fratres et religiosos dicti conventus in ecclesia dicti convent
celebrandum, Devestiens me etc.... Precipiens dictis Stephano Genolier e
Nicole ejus uxori ... ut dicto priori ... de premissis per me donatis...
satisfaciant ... Gratia redempcionis ... quam habeant ... dictis
conjugibus semper salva ... promitto etc....

In cujus rei testimonium ego dictus Johannodus Bocardon sigillum
commune castellanie Grandissoni rogavi et meis precibus huic scripto
apponi feci. Datum die vicesima quinta mensis septembris anni
Domini millesimo quatercentesimo quadragesimo tercio.

criblet

Lance
Arch. Vaud.
n° 25.
(n° effacé 360)

20 Juin 1452. —

Jaques Joyet, chapelain d'Estavayer, vend au Prieur de la Lance, Jean de Quingey, divers cens annuels situés à Forels.

---

(Parchemin original de 44 cent. sur 36 — 33 lignes écrites — a été maltraité — presque illisible à certains endroits — on a mis, colée sur le dos du papier pour soutenir une place déchirée — n'a plus de sceau. —)

Ego dompnus Jacobus Joyet Staviaci capellanus, Notum facio universis presentibus et futuris quod ego sciens prudens et spontaneus, non deceptus nec cohattus, de laude et voluntate Jaqueti Joyet mei nati, vendidi et vendo, concessi et concedo perpetue et irrevocabiliter pro me et meis heredibus, de puro, mero et franco allodio, secundum bonos usus et consuetudines Staviaci et me vendidisse etc.... confiteor per presentes, venerabili et discreto viro religioso fratri Johanni de Quingey priori domus loci sancti de Lancea ordinis cartusiensis in dyocesi Lausanensi fondate,... videlicet sex solidos bonorum lausanensium censuales, quos michi dicto venditori debent quolibet anno Anthonius Nycollier de Forels et comportionarii sui in festo beati Martini hyemalis sub pena dupli, cum omni jure et dominio dicti census secundum bonos usus et consuetudines predictas, pro duabus posis terre sitis in territorio de Forels in rippa de Forels de longitudine lacus ac occidente et carrerie publice ab oriente, et affrontat terre predicti Anthonii a borea et terre Girardi Bonchi (Bonthi?) a vento. Item pro una parva posa terre sita loco dicto eis fontagny juxta terram Johannis Nujard a vento et terram heredum Johannis Rynaud a ~~vento~~ borea et affrontat prato dels pres ab occidente et terre dicti Anthonii ab oriente. Item et pro una posa terre sitam in loco dicto en trosthet juxta terram Johannis Florat a borea et terram Henrici Bouthi a vento et affrontat terre dicti Henrici Bouthi ab oriente et terre dicti Anthonii ab occidente. — Item novem denarios lausanensium bonorum censuales secundum dictas consuetudines, quos michi dicto venditori debet dictus Anthonius quolibet anno in dicto festo beati Martini hyemalis sub pena dupli cum omni jure etc ut supra... pro uno casali sito apud Forels retro domus dicti Anthonii ~~ab occidente~~ et heredum Johannis Nycollier fratris sui juxta casale

dictorum heredum dicti Johannis Nycolliez a vento, et pratum dicti Anthonii et dictorum
heredum atque heredum Guillelmi blanc a borea, et affrontat casali dicti Anthonii ab
oriente et terre heredum dicti Johannis Nycolliez ab occidente. — Item tres solidos et
sex denarios bonorum lausanensium censuales, quos mihi debet dictus Anthonius cum
comparticionariis suis quolibet anno in festo Pasche et beati Andree apostoli sub pe
duplici cum jura etc.... pro medietate indivisa unius casalis siti apud Foresis
juxta casale heredum Johannis Villar a vento et casale heredum Anthonii Balli a
borea et affrontat q̃ dili dictorum orto ab occidente et carrerie publice ab oriente
Item et pro medietate indivisa unius morselli terre continentis circa dimidiam
posam terre sitam in loco dicto en laz Zugiers juxta terram heredum Perrodi
Bormonnyr a borea et terram dicti Anthonii Nycolliez a vento et affrontat terre Mon
Perian ab occidente et terre Jaqueti Sarralio ab oriente. Et hoc videlicet pro
precio duodecim librarum bonorum lausanensium michi dicto capellano venditori
solutis traditis.. per dictum emptorem.... quas quidem duodecim libras dicte
monete dedit et legavit dicte domine de Lancea Marmetus Perrins et Han
pro remedio anime sue. Devestiens me etc.... promittens etc......

In cujus rei testimonium nos officialis curie lausanensis ad preces et req
dicti venditoris nobis oblatas per Johannem Mastodi staviaci notarium
nostre curie laus. juratum cui etc...... sigillum predicte curie hiis
presentibus duximus apponendum. Datum die martis ante festum b
Johannis baptiste Anno Domini millesimo quatercentesimo quinqua
-gesimo secundo .:S.:S.:S

Jo.es mastoz

Lance

Arch. Vaud.

n° 16.

n° effacé 382.)

## D. Lucas de Brabancia Prior

20 Juin 1482.

Jacques de Bonvillars, seigneur de Mezery, donne au Prieur de la Lance D. Luc de Brabant deux douzaines piscium palatarum ou 18 sols de Lausanne de rente annuelle et perpetuelle, à condition de dire une messe pour son anniversaire. —

---

(Parchemin original de 34.1/4 cent. sur 35.1/2 – endommagé dans le haut surtout au coin gauche, plusieurs mots ne sont plus lisibles – n'a plus de sceau.) —

Ego Jacobus de Bonovillario, dominus de Messerez, notum facio universis presentibus et futuris quod ego sciens, prudens et spontanea voluntate donavi et dono donacione, que inter vivos dicitur, Dno Luce de Brabancia priori sancte domus Lancee convictorio nomine dicti conventus et religiosorum dicte domus Lancee pro ..... suorum successorum quibuscumque, scilicet duas duodenas piscium palatarum aut pro dictis duabus duodenis summam decem et octo solidorum lausanensium bonorum census perpetue solvendorum annui et perpetui redditus census in quolibet festo Sti Andree apostoli. Et pro majori securitate persolvendi ego prefatus Jacobus donator assignavi et assigno, assectavi et assecto eidem Dno Priori convictorio nomine quo supra dictas duodenas piscium sive palatarum percipiendas, levandas et habendas per ipsum Dnum Priorem convictorio nomine quo supra, super partem meam verchiarum Grandissoni. Et item et post decessum meum persolvendas et non ante. Item donavi et dono donacione pura, que inter vivos dicitur, casu quo filius meus dilectus egregius Petrus de Bonovillario legum doctor, non haberet heredes procreatos a suo proprio corpore post decessum dicti filii mei Petri tantum et non ante, omne et quicquid possemus habere citra aquam vocatam laz Mentuez omnia bona mea mobilia et immobilia, presencia et futura, sive sint illa bona in censibus argenti, frumenti, avene, terris, pratis, ortis, virgultis, vineis dominium de Bonovillario qui vocatur Vidonez et omne quicquid poss ~~et~~ reperiri de bonis meis tam in litteris quam extra litteras. Et sub tali condicione quod dictus Dominus Prior et conventus sive religiosi dicte domus Lancee teneantur et debeant quilibet ipsorum in die mei obitus celebrare unam missam perpetuis temporibus pro se et suorum successorum

Devestiens me ego dictus Jacobus donator de premissis per me donatis, prefatum Dom priorem, et nos quos supra conventorio nomine quo supra corporaliter et perpetue inv-tiendo de eisdem per presentes, condicionibus predictis semper salvis. Promictens ego dictus Jacobus donator, juramento meo ad sancta Dei Evangelia corporalit prestito, et sub expressa obligacione omnium et singulorum bonorum meorum, mobilium et immobilium, presencium et futurorum quorumcumque, premissa om et singula, prout superius sunt expressa, rata, grata, valida et firma habere perpet et tenere: Et contra eadem non facere, dicere, opponere nec venire per me, nec per alium quovismodo in futurum; cunctis excepcionibus, allegacionibus, opposicionibus et deffensionibus juris, legis, facti, usus, consuetudinis et statuti patrie sive loci, contra premissa facientibus, sublatis penitus et remotis; quibus omnibus et singulis tenore presencium renuncio. Et demum juri generalem renunciacionem reprobanti, nisi precesserit specialis. Et est facta presens donacio inte vivos, que nunquam poterit revocari, in presencia testium subscriptorum, videlicet Petri Rossel alias Collon, Perrini Currit de Concisa, Johannis Gent et Jacobi Bergiez alias Linot de Corcellis prope Concisa testibus ad hec voca specialiter et rogatis. Et nos decanus Novi castri ad preces et requisiciones prefati nobilis Jacobi donatoris nobis oblatas fideliter et relatas per Dominum Petrum Hota quondam capellanum Yverdunii curie nostre juratum, de cujus registri sive prothocolis presens littera est levata per Ludovicum Chevalli clericu Yverdunii dicte curie nostre juratum commissarium registrorum et prothocolorum ipsius prefati quondam Domini Petri, ex dictamine nostro et aliorum notariorum jurperitorum super hujusmodi levacione eidem commissario facto, facti substantia non mutata, quibus juratis nostris predictis fidem plenariam adhibemus, sigi dicti nostri decanatus Novi castri litteris presentibus duximus apponendum. Datum die vicesima mensis Junii Anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo secundo — (1482, 20 Juin.)

## N° 27. Suite

Sicut iam omnique alio impedimento cessantibus penitus et remotis. Sub condicione tamen per dictos arbitros reservata, quod casu quo ipsas vendas per eundem nobilem Petrum confitentem et recognoscentem vel suos vendantur seu allienarentur, et ipse census ex nunc prout ex tunc et econtra . . . . . et maneat perpetue assignatus super omnibus bonis suis presentibus et futuris quibuscunque. Et licet non speciffiecentur seu limitantur, tamen pro speciffiecatis et limitatis haberi voluerunt et vult per has patentas, juribus et consuetudinibus ad hec contradicentibus quibuscunque non obstantibus. Promictentes propterea ambe partes pro se et suis quibus supra quelibet ipsarum, prout sua interest, juramentis suis nomine religiosorum et nobilium in manibus mei dicti Luce prestitis, et obligacionibus suis prefixis, contra premissa seu quicquam de premissis non facere, dicere, obicere, opponere vel venire per se nec per alium seu alios modo quovis in futurum, nec alicui contra venire volenti in aliquo consentire. Sed omnia et singula supra et infra scripta laudaverunt, ractiffiecaverunt, emologaverunt et concorditer approbaverunt perpetue duratura et valitura. Renunciantes siquidem in hoc facto commemorate partes per vim juramentorum et obligacionum suorum S.ᵃⁿ ut prescribitur prestitorum, omni doli, mali, vis, metus et in factum actioni, deceptioni, excepcioni et lesioni, omnique juri canonico et civili scripto et non scripto, consuetudini, usui patrie sive loci per que vel quas premissa supra et infra scripta in toto aut in parte possent cassari, corrumpi, adnichillari seu infringi. Maxime dictus dominus prior omni privilegio suo ordini in contrarium concesso. Et ~~ipse~~ demum ipse ambe partes juri dicenti generalem renunciationem reprobanti nisi speciali precedente.

In cujus rei testimonium dicte ambe partes meum domini arbitri, sicut prescribitur, electi quilibet ipsorum, prout suum tangit negotium, sigillum commune castellanie Grandissoni rogaverunt hiis presentibus apponi, datis in dicto loco Grandissoni in scripha ou stupha minima in Ftupha ~~minima~~ domini prioris ejusdem loci Grandissoni, die vicesima sexta mensis februarii, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, a nativitate ejusdem Domini sumpto, — suit un renvoi de 11 mots que j'ai mis à leur place – le notaire met à la suite, Et at mihi de predicto signo manu propria descripto. Datum ut supra etc —

Lance
Arch. vaud. . .
... 27 ... n° 28.
(... 383.) –

26 février 1322.

Accord, par arbitrage, entre le Prieur de la Lance Pierre de Dompierre et noble Pierre de Bonvillars, au sujet de cens réclamés par les religieux à ce dernier.

(Parchemin original de 41,1/2 centim. sur 52 – 61 lignes écrites – très endommagé dans le haut – 4 ou 5 grandes taches ont enlevé l'écriture – n'a plus de sceau qui était sur queue de parchemin)

et ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia auctoritate predicta manda

Ceterum cum ad executionem premissorum ulterius faciendam nequeamus q
presens personaliter interesse pluribus aliis arduis negociis in Romana curia legitt
prepediti universis et singulis Dnis Abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaco
cantoribus, succentoribus, thesaurariis, scolasticis, sacristis, custodibus tam cathed
quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, plebanis, v
plebanis, archipresbiteribus, vicariis, capellanis et beneficiatis perpetuis, curatis
non curatis ceterisque personis ecclesiasticis in quibuscunque dignitatibus, gradib
vel officiis ac ptris notariis, clericis ~~et~~ tabellionibus publicis quibuscunque per
civitatem et dioces. Lausann. et alibi ubilibet constitutis et eorum cuilibet in so
super ulteriori executione dicti mandati apostolici et nostri facienda, auctoritate ap
-lica predicta tenore presentium committimus plenarie vices nostras etc... est tellement
effacé qu'il est impossible de lire.. d'ailleurs on voit que c'est la même injonction faite, presque
les mêmes termes que précédemment, aux personnes qui viennent d'être nommées de mettre à exé
les ordres du pape en mettant les chartreux en possession de la cure d'ommens...il y a enc
21 lignes à déchiffrer. le parchemin a 104 d'écriture sans compter 4 lignes moins gra
en bas qui sont indéchiffrables...

Datum et actum Rome ipsius habitationis nostre sub anno a nativitate Domin
millesimo quadringentesimo octagesimo sexto, indictione quarta, die vero vicesima
septima mensis mensis septembris, Pontificatus prefati Dni nostri Dni Innocentii p
octavi anno tercio, presentibus ibidem discretis viris Dnis Andrea Coffrat et Humberto...
clericis Redonensis et tullensis dioces.. testibus ad premissa vocatis specialiter et ro

(La signature
déchirée)

4 lignes moins longues que les autres en partie effacées et déch

illis partibus dicte sedis cum potestate legati de latere nuncius et habens ad hoc, ut asserebat, speci~~alem~~em ab eadem Sede per illius litteras facultatem illius vigore ex premissis causis eandem parochialem ecclesiam dicte domui univit, annexuit et incorporavit ita quod ipsi prior et fratres per se aut aliquem seu aliquos ejusdem domus fratres seu alium per eos eligendum dictam parochialem ecclesiam regere et illius curam animarum parrochianorum et officium rectoris exercere et sacramenta ecclesiastica perpetuo ministrare valerent, quamque felicis recordationis Sixtus papa quartus predecessor noster unionem, annexionem et incorporationem hujusmodi ex certa scientia confirmari ac predictam parrochialem ecclesiam eidem domui perpetuo uniri, annecti et incorporari concessit, nobis fuit humiliter supplicatum ut dictam parochialem ecclesiam cum omnibus juribus et pertinenciis suis eidem domui perpetuo unire, annectere (annectare copie) et incorporare aliasque in premissis oppor-tune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum inter~~est~~ (interesset copie) fructuum, redditum et proventuum ejusdem domus (verum valorem annuum presentibus pro expresso habentes ipsosque priorem et fratres ab omnibus et singulis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati parochialem ecclesiam predictam, cujus fructus, redditus et proventus XXIIII (24) ducatorum auri de camera secundum extimationem predictam valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, sine (sive) premisso sive (sive) alio quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona seu per

similem resignationem dicti Bernardi aut alicujus alterius de illa in Romana curia vel extra eam cum etiam coram notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem pie memorie Johannis pape vicesimi secundi etiam predecessoris nostri que incipit: Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet etiam si lassato tempore vacaverit quod ejus

collatio juxta lateranensis statuta concilii ad sedem predictam legittime devoluta
ipseque parrochialis ecclesia dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter
reservata existat et super eas inter aliquos lis cujus statum presentibus haberi
-mus pro expresso pendeat indecisa dummodo ejus dispositio ad nos hac vice perti
cum omnibus juribus et pertinenciis supradictis eidem domui auctoritate apostolica
certa scientia tenore presentium perpetuo unimus, annectimus et incorporamus it
quod liceat ex nunc eisdem priori et fratribus per se vel alium seu alios corporale
parrochialis ecclesie juriumque et pertinenciarum predictorum possessionem prop
auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere illiusque fructus, redditus et pro
tus hujusmodi in suos et dicte domus usus et utilitatem convertere, necnon eand
parrochialem ecclesiam per unum ex fratribus ejusdem domus vel alium secula
vel regularem presbiterum ydoneum per eosdem priorem et fratres pro tempore de
tandum ad eorum nutum amovibilem regere et gubernare ac illi in divinis perpe
deserviri et animarum curam illius parrochianorum exerceri facere, diocesa
loci et cujusvis alterius licencia super hoc minime requisita. Nonobstantibus
voluntate nostra predicta et recolende memorie Bonifacii pape octavi etiam
predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus necnon statutis et consu
-dinibus domus et ordinis predictorum, juramento, confirmatione apostolica
vel quavis firmitate alia roboratis contrariis quibuscumque sint si aliqui sup
provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in i
partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarin
etiam si per eas ad inhibitionem, reformationem et decretum vel alias quomodol
sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem ac inde secu
quecunque ad ecclesiam parrochialem predictam volumus non extendi sed nullum per hoc eis
assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari et quibusvis (quibuslibet copie)
privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque
-rum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus ea
(eorum copie) impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis
ribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis proviso ~~ga~~ quo

[illegible]

Lemco
Arch. Vaud.
ques de Laus. n° 47.
(no affiché 347)

Décembre 1349. —

Gérard de Montfaucon, chevalier, seigneur de Villarsens et d'Orbe, donne à la chartreuse de la Lance le patronat de l'Église d'Onnens. —

(Parchemin original de 29c.5 sur 14 sans compter le plis du bas – 10 lignes d'écriture. pendu sur queue de parchemin un petit sceau enveloppé de toile. —)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sti, Amen. Ego Gerardus de Montefalconis miles, Dominus de Willarsens et de Orba, notum facio universis tam presentibus quam futuris, et ad perpetuam rei memoriam, quod ego attendens et considerans humane fragilitatis miseriam et quod homo natus de muliere brevi vivit tempore repleturque multis miseriis, quodque presentis vite cursus non transitur sine sordibus peccatorum, sciensque quod peccatorum macule que de terrenis contagiis anime frequenter adherent per suffragia sancte Matris Ecclesie sacramentorumque virtutem et elemosinas expiantur, nutritur gratia et augentur virtutes per quas acquiritur regnum Dei. Hac igitur consideratione motus jus patronatus ecclesie ville nostre de Unens, Lausannensis diocesis, michi competens hereditario jure progenitorum meorum, religiosis viris priori et fratribus Beate Marie super Lanceam, ordinis cartusiensis, dicte diocesis, et successoribus et ecclesie eorumdem pro me et heredibus ac successoribus meis sponte, pure et libere ac ex certa scientia do, concedo et confero in puram et perpetuam elemosinam pro mee, parentum, uxor (uxoris ou uxorum?) heredum et amicorum meorum animarum remedio et salute. In cujus rei testimonium sigillum meum duxi presentibus litteris apponendum. (dec. 1349.)
Datum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, mense decembre.

(il n'y a pas de signature. —

m exe
arch. n° 48
n° affiché 348)

26 octobre 1351. —

François, évêque de Lausanne, confirme la donation de Gérard de Montfaucon. —

(parchemin original de 32c sur 8c5, attaché au précédent – 5 lignes d'écriture)

Nos Franciscus Dei apostolice sedis atque [sic] gracia Lausannensis episcopus, donationem

concessio

Concessionem et omnia in littera, huic presenti cedule annexa, contenta pro no
et successoribus nostris perpetuo laudamus, ratifficamus et approbamus, priori et f
-bus beate Marie super Lanceam, ordinis cartusiensis, dicte nostre diocesis, e
successoribus ac ecclesie eorumdem, auctoritatemque nostram pariter et decre
interponimus in predictis, jure tamen nostro et alterius persone cujusque in
premissis semper salvo. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus du
apponendum.

Datum die Symony ante festum omnium sanctorum Anno Domini millesim
$CCC^{mo}$ quinquagesimo primo. — (28 oct. 1351. dit l'inventaire —

Lance

Arch. Vaud.
Evêques de Laus. n° 62
(n° effacé 350)

10 Janvier 1397. —

Guillaume, évêque de Lausanne accorde 40 jours d'indulgence à ceux qui visiteront dans l'église de la chartreuse de la Lance, la chapelle et l'autel de St Antoine à certains jours désignés par lui. —

(Parchemin original de 29 c. sur 15 c. 5 sans compter le pli du bas – en assez mauvais état. Il n'y a plus qu'un bout de la queue de parchemin sur laquelle le sceau était appendu. 12 lignes d'écriture)

Guillelmus miseratione divina Episcopus Lausannensis, Universis Xti fidelibus presentium seriem inspecturis sinceram in Domino caritatem et bonis operibus abundare. Illis libenter annuimus quibus salus et incolumitas petencium devote procuratur. Quia sicut accepimus religiosi Prior et conventus loci Ste de Lancea, ordinis carthusiensis, nostre diocesis, capellam et altare infra suam ecclesiam extructum ad Dei cultum et Sancti Anthonii confessoris honorem perficere viribus se disponunt; desiderantes ut illic libencius fidelium confluat multitudo et languidorum quo vero devocionis locum indulgenciis novit (noverint?) premunitum. Horum igitur intuitu omnibus vere penitentibus, corde contritis et confessis, qui sancti hujus ecclesie locum seu capellam in festo ejusdem Sti Anthonii annuatim necnon dictam ecclesiam ad honorem et reverenciam Dei Marie genitricis gloriose in festivitatibus Nativitatis, Concepcionis, Annunciacionis, Purificationis et Assumpcionis ipsius virginis Marie, ac in diebus ebdomade Sancte visitaverint, aut caritatis donum dicte ecclesie donaverint erogando, ad divini cultus augmentum, et eorum suffragium benefactorum; de omnipotentis Dei misericordia et beatissime Marie Virginis ac Sanctorum Petri et Pauli apostolorum omniumque sanctorum meritis confisi, pro qualibet vice, quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Lausanne cum appensione sigilli nostri in testimonium premissorum, die decima mensis januarii Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo septimo (1397. — le mot januarii est presque effacé, il est difficile de dire vraiment si c'est januarii — ... uarii est encore assez clair – cependant ça me paraît être plutôt januarii que februarii —

Lance

Arch. Vaud.

Additions Prieuré de Grandson

N° 1 (n° effacé 145.)

D. Cristinus de Sales Prior

2 Janvier 1408.

Le Sacristain du Prieuré de Grandson avec l'autorisation de son prieur, accense aux chartreux de la Lance le moulin de Concise. —

(Parchemin original de 43 c. sur 17 et 18 c. en bout — très bien conservé, n'a plus de sceau — la queue de parchemin où il était appendu existe encore. — 22 lignes d'écriture.)

Ego Johannes Brollii Sacrista prioratus Sti Johannis Baptiste de Grandissono notum facio universis presentibus et futuris quod ego sciens, prudens et spontaneus, de jure meo et sacristie mee et successorum meorum ad plenum certifficatus, de laude, auctoritate, voluntate et consensu religiosi viri fratris Philippi de Billens prioris prioratus Sti Johannis Bte de Grandissono, accensavi et accenso et ad censum posui et pono, tradidi et trado, concessi et concedo, et me accensavisse et ad censum posuisse, tradidisse et concessisse per presentes confiteor perpetue et irrevocabiliter, prout melius potest exprimi, pro me et successoribus meis, religiosis viris Dompnis Cristino de Sales priori carthusie Sti Loci Lancee, Francisco St Oter, Petro de Paterniaco, Barduino de Remis, Anthonio Garenbodi et Philippo Ronclij carthusiensibus dicte carthusie presentibus, recipientibus et solempniter stipulantibus pro se et successoribus suis et nomine carthusie predicte, molendinum de Concisa cum cursu aque dicti molendini, casali, juribus, emolumentis, proprietatibus, appendenciis et pertinenciis suis universis, videlicet pro quatuor cupis frumenti census, ad mensuram Grandissoni, annui et perpetui redditus censualibus michi dicto sacriste et successoribus meis per dictos priorem et religiosos carthusienses de Lancea et suos successores persolvendis annis singulis perpetue apud Concisam in festo apostolorum Symonis et Jude, et pro sexaginta solidis lausannensibus, quos a dictis priore et religiosis carthusie habui et recepi, et me habuisse et recepisse confiteor per presentes nomine introgii dicte censerie; Ita tamen quod prior et religiosi dicte carthusie, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant perpetue supportare onus duorum modiorum frumenti ad mensuram Grandissoni census seu annui redditus, quos prior et religiosi carthusie predicte

predicta percipere consueverunt et percipere debent super dicto$^{um}$ molendino$^{uni}$ annua
Devestiens me ego dictus sacrista pro me et meis quibus supra, de laude et auctoritate q
supra, de dicto molendino, cursu aque, casali, juribus et pertinenciis suis quibus supra
dictos priorem et religiosos Lancee pro se et suis quibus supra ~~investiendo~~ corporaliter et perp
investiendo de eisdem per presentes nomine accensacionis predicte, animo in ipsos corpora
possessionem et vacuam totaliter transferendi: nichil juris, actionis, rationis, possessionis
reclamationis, chatugii vel quasi dominii in eisdem de cetero retinendo, nisi dictas quatuor
cupas frumenti ad dictam mensuram census. Promittens ego Johannes Brollii, sacrist
predictus pro me et meis quibus supra, de laude et auctoritate quibus supra, sub voto
religionis stipulationeque sollempni adhibitis et sub expressa obligacione dicti census
predicto molendino, cursu aque, casali, juribus et pertinenciis suis quibus supra, dictis reli
carthusiensibus perpetuo facere bonam guerenciam pacis contra omnes in judicio et ext
ac in omni parte litis, molestationis et controversie, meis et meorum quorum supra prop
sumptibus, laboribus, missionibus et expensis, predictis quatuor cupis frumenti census a
dictam mensuram ut supra persolvendis. Et ego frater Philippus de Billens prior priora
Sti Johannis Bte de Grandisono omnia predicta confiteor fore vera et ipsa omnia lau
ratiffico, authorizo, approbo pariter et confirmo per presentes. Promittentes nos Joh
sacrista et Philippus prior predicti sub voto nostre religionis pro nobis et successoribu
nostris omnia predicta perpetuo rata, grata habere tenere pariter et firma, et contr
a eadem non facere, dicere, obicere vel venire quomodolibet in futurum. Renunci
siquidem in hoc facto, nos accensator et laudator predicti, quilibet nostrum prout s
melius competit et ipsum tangit presens negocium, omnibus exceptionibus, allegac
defensionibus, juribus facti, usus, consuetudinis et statuti patrie sive loci, quibus presen
littera posset annullari, jurique dicenti generalem renunciacionem non valere nisi pr
-serit specialis. In cujus rei testimonium nos Johannes sacrista et Philippus prior predi
sigillum commune castellanie Grandissoni rogavimus et nostris precibus apponi facim
huic scripto. Datum secunda die mensis januarii, Anno Domini millesimo qua
tesimo octavo.

Roletus. Barthe:

Lance
rch. Vaud.
n° 1
et Ferjonier 127.)

Mai 1337. —

Borquin fils de feu Lambert Buschot, de Concise, habitant Corcelles, et Ondeyeta sa femme, vendent aux chartreux de la Lance un cens annuel de 5 sols à prendre sur leurs biens de Corcelles, au prix de 70 sols. —

(Parchemin original de 27c5 sur 19c. — bien conservé — avait deux sceaux — on ne voit plus que les bouts des queues de parchemin auxquels ils étaient appendus — 24 lignes d'écriture.)

Nos Borquinus filius quondam Lamberti Buschot de Concisa, commorans apud Corcelles, et Ondeyeta ejus uxor filia quondam Cononis filii Willieri ministri de Corcellis, notum facimus universis quod nos scientes et spontanei vendidimus et vendimus et nos pro nobis et nostris heredibus vendidisse et concessisse in ~~perpetuum~~ perpetuum et irrevocabiliter publice confitemur per presentes, religiosis fratribus priori et conventui beate Marie Sti Loci prope Concisam, Cartusiensis ordinis, Lausanensis diocesis, pro se et suis successoribus, quinque solidos lausannenses annui redditus censuales, videlicet pro sexaginta et decem solidis lausannensibus nobis solutis integre a dictis religiosis in bonis denariis numeratis nomine justi precii dicte vendicionis, quos quinque solidos censuales solvere promittimus pro nobis et nostris heredibus, juramentis nostris super sancta Dei evangelia a nobis corporaliter prestitis, et sub expressa obligacione omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quosque quilibet nostrum in solidum dictis religiosis aut eorum mandato latori trouc. presentium (... presentare!) in Cartusiam predictam singulis annis in festo beati Michaelis archangeli, omni excepcione juris et facti remota. Assignantes nichilominus et assetantes dictis religiosis emptoribus pro se et suis successoribus dictos quinque solidos censuales recuperandos, levandos, percipiendos et habendos singulis annis dicto termino super res et possessiones nostras infrascriptas cum suis juribus et pertinenciis, sitas in territorio de Corcellis. Primo super dimidiam posam terre sitam in closo de Estolacho et achentat supra lo brolliet juxta terram Cononis Callet; item super dimidiam posam terre sitam in Charmet juxta terram Johannis Giraldi; item super quatuor posias terre sitas ondenan sitas inter terram Johannodi Dorebox et terre relicte Vioneti de Fies; item super unam posam terre sitam in Longes pierres

sitam inter terram Dni Petri de Corcellis militis et terram alemann; item super f
unam peciam terre sitam in la Verna inter terram dicti militis et terram Joha
Giraldi; item super unam peciam terre sitam in bulo inter terram Perreti Daug
et terram dicti militis et super universa et singula bona nostra mobilia et im
bilia presencia et futura quecunque sint et quocunque nomine censeantur.
Devestientes nos etc... Promittentes nos etc...

In quorum testimonium omnium premissorum nos prefati Borqui et Ondezeta
conjuges sigillum commune illustris viri Dni nostri Dni Petri Dni Grandissoni,
salvo jure ipsius, et sigillum Ven. viri Willi decani Novicastri rogavimus a
apponi fecimus huic scripto.

Datum anno Domini millesimo CCC$^{mo}$ tricesimo septimo mense Ma

(L. Rod banu dig...)

Lance
Archiv Stav.
2. n° 2.
qui ne paraît nouveau).
1041

3 Avril 1359 (et non 1349 comme dit l'inventaire)

Jacques d'Estavayer, chevalier, ayant donné à la Chartreuse de la Lance 6 sols 8 deniers de cens annuel, que lui devait Jaques de Molin bourgeois d'Estavayer, en raison de son four de la Rive d'Estavayer, ce dernier reconnaît tenir ce four du dit couvent à charge du cens précité. —

(parchemin original de 30 c. sur 15. — n'a plus le sceau qui était en queue de parchemin — encore lisible, mais détérioré — 17 lignes d'écriture —

Ego Jacobus de Molendino burgensis Staviaci notum facio universis, quod cum vir nobilis Dominus Jacobus Staviaci, miles, donaverit et legaverit perpetuo priori et conventui cartusie Lancee sex solidos et octo denarios Laus. annuales censuales, in quibus scilicet teneor censualiter et annis singulis secundum usus et consuetudines Staviaci in festo Nativitatis Domini, pro furno meo de Rippa Staviaci, sito juxta domum Willermeti de Sauges Staviaci fictoris (fictoris? la 1ère lettre semble cependant être une S) ex una parte et domum Johannis dicti Vichat quondam ex altera, prout asserunt prefati religiosi. Ego, inquam, dictus Jacobus teneo et habeo ad censum annuum pro me et meis heredibus secundum usus et consuetudines furnorum Staviaci, et me tenere et habere ad censum annuum puce (publice) confiteor in hiis scriptis, a prefatis religiosis dictum furnum meum pro sex solidis et octo denariis Laus. annualibus censualibus tamen absque aliquo dmo (Domino?), consuetudine predicta in contrarium facienti non obstante. Quem censum teneor et promitto pro me et meis heredibus, juramento meo super hoc ad sancta Dei euuangelia a me prestito corporali, stipulacione solempni, solvere integre apud Staviacum censualiter et annis singulis secundum usus et consuetudines predictos tamen absque aliquo dmo (Domino? dominio?), prefatis religiosis et suis successoribus seu eorum certo mandato in predicto festo nativitatis Domini, premissaque omnia firmiter attendere ac non contra facere vel venire nec alicui contra venire volenti in aliquo consentire. In cujus rei testimonium

nos officialis curie Lausannensis ad preces et requisicionem dicti nobi
oblatas fideliter et relatas per Johannodum dictum de Ponte de Estavaye
notarium publicum dicte curie Lausan., juratum, cui super hoc commis
vices nostras et fidem plenariam adhibemus, sigillum dicte curie Lausan.
presentibus duximus apponendum. Datum tercia die mensis Aprilis an
Domini millesimo CCC^mo Qnq^a gesimo (C'est quinquagesimo et non quadragesimo c
a traduit l'inventaire) nono. — (1359, 3 Aprilis.)

Idem Jo. de ponte

Lance

bi arch. Vaud.
aye n° 3.
iisc 42 nouveau aussi.
an.
am
mo c

14 février 1358

Jacques d'Estavayer, chevalier, dans une clause de son testament lègue à la chartreuse de Lance, pour son anniversaire, d'une part 6 sols et 8 deniers et d'autre part 3 deniers — le tout de cens annuel. —

(Parchemin original de 46 et 44 c. sur 17 et 14 c. (il n'est pas carré) bien conservé n'a plus de sceau. — 20 lignes d'écriture — sur le dos vieille écriture on lit encore « de funno Staviaci. ) —

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus S$^{\text{ti}}$ Amen. Ego Jacobus de Estavaie, miles, per Dei gratiam sanus mente licet infirmus corpore, considerans et attendens quod nichil est cercius morte et nichil incercius hora mortis, nolens intestato decedere, ymo volens et cupiens mortis dispendium prevenire, quia communiter dicitur melius est prevenire quam preveniri, de rebus meis mobilibus et immobilibus, juribus et actionibus, competentibus et competituris in futurum, testamentum meum nuncupatum ultimamque voluntatem meam et disposicionem meam in modum qui sequitur facio et dispono. Imprimis animam meam cum a corpore meo exuta fuerit recomendo altissimo creatori gloriose que virgini ejus matri. In quo quidem meo testamento inter cetera Ego Jacobus testator do et lego ecclesie beate Marie S$^{\text{te}}$ Locie de Lancea, ordinis cartusiensis, lausan. diocesis, sex solidos et octo denarios lausan. census habendos, percipiendos et recuperandos super duas partes meas unius clibani siti in ruppa de Estavaie juxta domum Jaqueti de Sarges ex una parte et juxta domum Perrodi dicti Loiront ex altera. Item do et lego ecclesie predicte tres denarios lausan. censuales, percipiendos et recuperandos super quandam domum sitam in villa de Estavaie, quam domum tenet Girardus de Cugie, que domus p$^{\text{tinati}}$ (perattinet? tenda? partiapati?) cum domo Petri de Lictorans ex una parte et juxta domum Aymoneti de Clotis ex altera, cum omni dominio (Dino) rerum predictarum, videlicet pro anniversario meo in die obitus mei quolibet anno faciendo. Quare predictam ecclesiam immediate post decessum

meum investo (investio, investiendo ? tiens ?) corporaliter per presentes. Quod quidem legatum
volo et ordino valere jure testamenti nuncupativi, quo jure si forsitan non val
volo valere jure ultime voluntatis seu jure codicillorum aut alterius cujusli
fice et ultime voluntatis, seu alio jure canonico ~~vel~~ et civili, quo melius val
poterit et debebit. Et hoc presens legatum volo et mando ab omni herede meo
successoribus firmiter attendi et inviolabiliter observari, omnibus impedimen
et juribus, excepcionibus mgr̃is [illegible] non obstantibus, quibus expresse renun
per presentes. In cujus rei testimonium ego prefatus Jacobus testator rogavi e
apponi feci meis precibus huic scripto sigillum curie officialis Lausan. Et n
officialis predictus ad preces et requisicionem predicti Jacobi militis testatoris
nobis oblatas fideliter et relatas per dominum Petrum Mayorat de Grandisson
presbiterum dicte curie nostre Lausan. juratum, cui super hiis commisimus
nostras et eidem fidem plenariam adhibemus, sigillum dicte curie nostre
Lausan. duximus apponendum. Datum quarta decima die mensis Fe
-arii, Anno Domini millesimo CCC^mo quinquagesimo octavo :—

Idem H. mayorat pbr.

Lance
Arch. Vaud.
t. 2. n° 4
(= CLXXXIIII 184)
ou ancien n° 15.)

Pierre de Dompierre Prieur

30 Juin 1516

Accord entre Jean de Villard, donzel de la Sarraz et le prieur de la Lance au sujet d'une croix de bois plantée aux planches de Jouene, territoire de Corcelles sur Chavornay, sur un terrain appartenant audit Jean de Villard, terrain qui limite les possessions de la grange de Villars-Luzon appartenant aux Chartreux. —

(parchemin original de 48c.5 sur 32c.5, bien conservé, n'a plus de sceau qui était sur queue de parchemin, encore existante. — 47 lignes écrites. — Sur le dos on lit: « Alia litera crucis grangie nostre ad deviandum iter novum indebite factum. »)

Ego Johannes de Villard domicellus de Sarrata, Lausannensis diocesis, notum facio universis presentibus et futuris, quod cum ad preces et requisiciones venerabilis et religiosi viri fratris Philiberti de Clauso procuratoris et economi venerlis et devoti conventus domus Sti Loci de Lancea, ordinis cartusiensis, in dominio Grandissoni, dicte Lausan. diocesis, et tocius conventus ejusdem domus sancte (sic). — Quondam nobilis et potens vir Andreas de Bruello dominus Montisandrici locumtenens quondam spectabilis et generosi domini Johannis de Staviaco domini de Bussy et condomini de Mexieres altas?, gubernatoris et ballivi Vuaudi, vigore commissionis et potestatis sibi dicto domino ballivo per illmum dnum meum dnum ducem Sabaudie specialiter concesse et commisse; Ipse quondam nobilis Andreas de Bruello locumtenens, de mandato et precepto dicti domini ballivi, jusserit affigi, plantari et elevari unam crucem nemoream in planchiis ut dicitur de Jouene, prope possessiones dicte grangie de Villars Luzon et etiam prope vetus iter, in signum et ad ostendendum quod iter privatum ~~p~~ec sic(a) publicum est non vadit nec ire debet per supra dictam grangiam et possessiones ejusdem; sed per iter vetus ultra nemus a parte occidentis eundo per supra Corcelles et per supra villagium de Suchiez et per supra Belmont tendendo apud Gussier, prout alias et antiquitus usitatum erat et ubi dictum iter ire solebat; Prout amplissime de premissis et pluribus aliis constat et constare videtur quodam publico instrumento, recepto et signato per quondam Johannem Crespy apostolica et imperiali auctoritatibus ac

ballivatus

(a) le p semble barré pour ne laisser que et ou nec

ballivatus Vuaudi, ut in eo legitur, notarium, Dato anno a nativitate Sumpto curre
millesimo quingentesimo quarto (1564) indicione septima, die vero decima nona
mensis januarii. Et premissa pluraque alia acta et gesta fuere per prefatum nob
Andream, dicti domini ballivi Vuaudi locumtenentem, in predictis planchiis de Toue
juxta dictam crucem, in presentia proborum hominum communitatis villagii de
Corsallas pluriumque aliorum vicinorum villagiorum, ac Johannis Pucto, Guillermi
et Francisci Eurpôlet. Et cum ipsa crux affixa, apposita et elevata fuerit super
possessione mea, quam a me tenent et Glaudio fratre meo atque possident, s
certo censu directoque dominio, Marmetus et Jacobus Hugonet alias Lyonnaz de
Corsalles prout apparet bonis, veris et legitimis titulis et informationibus. Que
possessio sita est in dicto loco de Touene juxta pratum et terram grangie car
-censis de Lancea vocate de Villard Luczon premontionate a borea, terram e
pratum dictorum Hugonet alias Lyonnaz a vento; et ipsam crucem nolebam e
ipse Johannes de Villard in predicta possessione mea sufferre nec pati. ne in
futurum Priores dicte sancte domus de Lancea illam possessionem, ubi crux pre
affixa, posita et elevata est, a me prout supra moventem, allegare ipsis f
vellent occasione crucis predicte ad eorum quorum supra postulacionem ubi s
affixa, plantata et elevata. – Hinc igitur fuit et est quod ego dictus Johann
de Villard nomine meo ac nobilis Glaudii fratris mei, me pro eodem fortem fac
tum, sciens gratis$^{us?}$ et spontaneus de juribus meis ac dicti Glaudii fratris mei
ad plenum in hac parte informatus et legitime certifficatus, volo et consentio
ex mente, quod crux predicta ubi supra affixa, plantata et elevata tamdiu q
-diu durare poterit, sit atque permanere debeat. Necnon ulterius ego dictus
Johannes de Villard nomine meo et nomine prefati Glaudii fratris mei, pro me e
meis ac dicti Glaudii fratris mei heredibus ac universis successoribus quibuscumq
Venerando patri fratri Petro de Dompno petro de Adventica priori et eo nomin
jam dicti conventus domus Ste loci de Lancea, presenti, stipulanti et accept
pro se et suis in dicto conventu successoribus; licentiam, voluntatem, auctoritate
et consensum do affigendi, ponendi, plantandi, elevandi in prelimitata posses

de Touenne

de Touene, tociens quociens perpetue dicto dompno Priori et suis successoribus placuerit et videbitur opportunum, unam crucem nemoream vel lapideam in loco quo predicta nunc est apposita, sine aliqua contradictione per me seu meos heredes vel dicti Glaudii fratris mei in futurum dicto dompno priori ~~fienda~~ nec suis successoribus fienda. Et hoc videlicet pro uno scuto solis auri boni et legitimi ponderis cugni regis Francorum michi dicto Johanni de Villard per dictum dompnum priorem tradicto et per me manualiter recepto nomine et ob causam largicionis et concessionis premissorum. NOS VERO Marmetus et Jacobus Hugonet alias Lyonnaz prenominati qui ab eodem nobili Johanne de Villard possessionem prelimitatam, in qua crux affixa posita et elevata est, sub certo censu directoque dominio perpetuale et ad censum perpetuum tenemus, habemus et possidemus, etiam de laude, auctoritate, consensu et voluntate dicti nobilis Johannis de Villard, dicto dompno priori pro se et suis ~~successoribus~~ quibus supra in dicto conventu successoribus, dedimus et damus, concessimus et concedimus licentiam et consensum in predicta et limitata possessione de Touenne, a dicto nobili Johanne prout supra movente, etiam tociens quociens sibi placuerit et videbitur opportunum, ubi supra unam crucem nemoream vel lapideam affigendi, ponendi, plantandi, elevandi et construendi per se vel alium ejus nomine, sine ulla in futurum contradicione per nos seu nostros heredes dicto dompno priori seu ejus successoribus fienda. Et hoc pro et mediante uno bono testone per nos a dicto dompno priore, racione et occasione premissorum largicionis et concessionis, habito et recepto. In hoc tamen quod racione dicte crucis ut supra affixe posite et elevate ac in futurum affigende, ponende, elevande et construende non sit in prejudicium nostri dictorum Johannis de Villard, Marmeti et Jacobi Lyonnaz occasione ~~nostre~~ possessionis prelimitate, sed solum ad obviandum cadrigeres et alios viatores ne transeant per supra possessiones grangie dicti conventus Lancee predicte de Villard Luczon. Sed vi ut? jam que dicitur transeant.

Promictentes ea propter nos prenominati Johannes de Villard nomine meo ac nomine predicti nobilis Glaudii fratris mei, Marmetus et Jacobus Hugonet alias Lyonnaz, quilibet nostrum prout ipsum tangit, pro nobis et nostris heredibus

quibuscumque

quibuscunque juramentis nostris ad sancta Dei evangelia corporaliter sub quo omniu et singulorum bonorum nostrorum et cujuslibet nostrum mobilium et immobilium, presentium et futurorum quorumcunque, premissa omnia et singula, prout superius sunt acta et narrata, firmiter attendere, tenere, complere inviolabiliterque observare et contra non facere, dicere vel venire per nos aut per alium nostrum quovismodo in futurum, nec alicui contra venire volenti in aliquo consent clam, palam, tacite vel expresse. Necnon eciam ego dictus Johannes de Villa promisi et promicto, prout supra, premissa omnia et singula ut prescribuntur p me facta et promissa presentemque litteram facere laudare et ratifficare per dictum nobilem Glaudium fratrem meum tociens quociens parte dicti dompni prioris seu suorum successorum requisitus fuero, meis dicti Johannis propriis missionibus et expensis. Cunctis juris, legis, facti, usus, consuetudinis et statuti patrie sive loci excepcionibus, allegacionibus, opposicionibus, defensionibus et cauthelis huic facto contrariis cessantibus penitus et remotis. Quibus omnibus et singulis expresse per presentes renunciamus nos prenominati Johannes, Marmetus et Jacobus, et maxime juri dicenti generalem renunciacionem non valere nisi precesserit specialis. In cujus rei testimonium nos Johannes de Villar, Marmetus et Jacobus prenominati sigillum commune castellanie Grandisoni rogavimus et nostris precibus huic scripto apponi fecimus.

Datum die ultima mensis Junii Anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto (1516.) H



Lance
Arch. Vaud.
F. 2. n° 5.
(10¼ nouveau [illegible])

26 Juillet 1526.

Jean de Trestorens seigneur du lieu et coseigneur de Sorgez vend au Prieur de la Lance pour 16 florins d'or (1 florin valant 12 sols de Lausanne) 5 sols et 2 deniers de cens annuel et perpetuel qui lui sont dus sur deux morceaux de terre situés au territoire de Chêne

(Parchemin original de 73 c. sur 25 – bien conservé – n'a plus de sceau – reste encore un bout de la queue de parchemin sur laquelle il était appendu. – 26 lignes de même écriture)

Ego Johannes de Trestorens, dominus ipsius loci et condominus de Sorgez, notum facio universis modernis et posteris, quod ego sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu ductus, non seductus et non coactus neque in aliqua parte circumventus; sed de juribus et factis meis plenarie informatus et legitime certifficatus, pro me et meis heredibus et successoribus quibuscunque, vendidi et vendo, tradidi et trado, dimisi et dimicto, transtuli et transffero perpetue et irrevocabiliter, et me sic vendidisse, tradidisse, dimisisse et transtulisse, prout melius potest dici, scribi vel dictari dictamine sapientum, de puro, mero, francho libero allodio atque per purum, merum et franchum allodium, publice et legitime confiteor per presentes; Reverendo patri domno Petro de Dompnopetro priori et conomine sancte domus devotissimi loci Lancee, ordinis cartusiensis, presenti, ementi, stipulanti et recipienti vice, nomine, ad opus commodum et pro parte ejusdem domini prioris suorumque fratrum et religiosorum dicte domus sancte ac successorum suorum in eadem domo sancta quorumcunque: videlicet census et redditus inferius declaratos michi dicto venditori cum directo dominio per censerios subscriptos annis singulis et perpetue in quolibet festo Sti. Martini yemis, pro rebus subscriptis quos as! ipsi censerii tenent debitos. Primo duos denarios mon. Lausan. bonorum annui et perpetui redditus seu census de duobus solidis et octo denariis alias michi dicto venditori debitis ultra jam duos solidos et sex denarios jam alias per me dictum venditorem eidem domno priori cum pluribus

alias

aliis censibus venditos michi ipsi venditori olim debitos per quondam Jaqu
-tum Fouquet de Quercu debitos de et super uno morsello terre sito in territorio d
Quercu loco dicto en comb et continente circa tres posas terre juxta terram di
Jaqueti Fouquet ab occidente, terram Anthonii Lacheron ab oriente, terram Gi
Burchet de Crestorens a borrea et pratum Anthonii Lacheron a vento. Item et qu
solidos jam dicte monete per dictum Jaquetum Fouquet michi debitos d
et super uno morsello terre ~~continente~~ duas posas cum dimidia terre sito lo
dicto eu champ carrel in territorio de Sto Martino Quercus juxta terram
Johannis Guilliet ab oriente, terram Johannis Fouquet ab occidente, affronta
terre Burchier a borrea et terre Johannis di Sullat de Damor~~ge~~ rx a vento. cum
ipsarum rerum et possessionum superius limitatarum fondis et pertinenciis
universis. Item etiam omnia alia jura realia, mixta, personalia, utilia et dire
que ego ipse venditor habeo habereque possum et debeo in censibus pre
-tis et in rebus prelimitatis cum omnibus arragiis, retentis et laudomiis
de et super premissis michi debitis quovismodo et a toto tempore preteri
usque ad diem date presentis litere michi pertinentibus. Et hoc videlicet preci
justo nomineque justi precii sexdecim florenorum auri parvi ponderis p pond, singulo floreno val
duodecim solid. monete Lausan. per me dictum Johannem venditorem a dicto do
priore emptore habitorum et receptorum in bona pecunia numerata, in utilitatem
meam totaliter implicata et conversa nomine precii dicte vendicionis. Devestio
me etc... Mandans etc.... Promictens etsuper ego etc... Renuncians
quidem in hoc facto etc.. Jurans ulterius juramento et obligacione etc..

ce sont les formalités habituelles qui occupent 12 lignes du document. --

In cujus rei testimonium Ego dictus Johannes de Crestorens venditor rogo
et meis precibus et requisicionibus huic presenti scripto apponi feci sigillum
commune castellanie Yverduni matum. Datum die vigesima sexta ~~mense~~
Julii Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. (26 juillet 1

Dilichodi

déjà reproduit ailleurs avec ces dimensions

Lance
Arch. Vaud.
2. n° 6.
(nouveau coté 1045 Lance)

Pierre de Dompierre Prieur.

25 novembre 1530.

Claude, Jean et Pierre Humbert, frères, de Mutrux, fils de Jaquet Faure de Provence, vendent au Prieur de la Lance une prise (unam presiam) à la montagne de Provence, lieu dit au Parc ou au Perny des lentilles, pour la somme de 70 florins.

(parchemin original de 39c5 sur 16c3. a des taches quelques mots sont presqu'effacés. n'a plus de sceau, la queue de parchemin sur laquelle il était appendu existe encore. 25 lignes (écrit)

Nos Claudius, Johannes et Petrus Humbert fratres de Mastruz, filii quondam Jaqueti Faure de Provence, Notum facimus universis presentibus et futuris Quod nos non vi, dolo neque metu ducti, non decepti et non coacti nec in aliquo fraudis ingenio circumventi, sed scientes, prudentes et spontanei, de juribus nostris et cujuslibet nostrum ad plenum informati legitimeque certiorati, matura deliberatione prehabita, pro nonnullis negociis nostris melius peragendis, vendidimus et vendimus, remisimus et remictimus ac transferimus perpetue et irrevocabiliter, quilibet nostrum de consensu et voluntate alterius ac in solidum pro nobis et nostris heredibus et successoribus quibuscunque; Nosque sic vendidisse, remisisse et transtulisse, prout dici melius potest sapientum dictamine, tenore presentium legitime confitemur, venerabili viro fratri Petro de Donopetro priori domus Sancte Lancee carthusien. presenti, ementi et stipulanti pro se et suis in dicta domo successoribus universis videlicet unam presiam sitam in monte de Provenca loci predicti loco dicto ou Parc alias ou Cerny des lentilles juxta presiam ipsius dni prioris emptoris et clausum Guillermeti a vento, careriam publicam a borea, presiam Jacobi Girard a lacu et presiam Johannis Girard alias Bailla de Mestier a Jurano; cum fundo, juribus, fructibus, inhantiis, dependentiis et pertinentiis suis universis. Et hoc videlicet pro bono, justo et legitimo pretio septuaginta florenorum parvi ponderis, singulo eorundem valente duodecim solidis lausannensibus, per nos dictos fratres venditores a jam dicto priore habitorum et receptorum in bona pecunia nobis tradita, et de quibus eundem et suos predictos quictamus et liberamus .. Devestientes nos et nostros predictos etc.... Promictentes nos prenominati etc..... Cumque pro eadem presia

debitum annis singulis et perpetue termino et loco quo debetur persolvere, necnon prese
n venditionem laudari et ratifficari facere per Petrum, Guillielmum et Bartholome
fratres nostros dum fuerint pro vetate etatis, ad primam requisitionem dicti dni prio
aut moram predictorum. Verum etiam sibi reddere omnia et singula dampn
-vnes de..... quas decetero..... sibi evenire..... occasione dicte guaran
Cunctis et singulis exceptionibus etc.... renuntiamus. – Jurantes etc....

In cujus rei testimonium Nos dicti fratres venditores rogavimus precibus qu
nostris huic presenti instrumento apponi fecimus sigillum castellanie Gran
-ni in talibus et similibus instrumentis majoribus aut minoribus apponi assuet
Datum die vigesima quinta mensis novembris Anno Domini millesimo
quingentesimo trigesimo (25 nov. 1530.)

Borgesi.

hese
ome
pri'd
n
nasi

s qu
uan
ucet
mo